



BOppō Burggrāuius Herbipolēnsis optimis
literis institutus, atq; insigni pietate et prudē-
tia fuit prædītus. Itaq; cum Burckardus secundus
eius nominis præfūl anno 941. esset mortuus, Ot-
to magnus Imperator hunc Bopponem Vuirtz-
burgensem Episcopum constituit. Popo itaq;
cum intelligeret feroshominū mores literis meli-
oribus mansuefieri, insignem nobilium scholam
in sua ditione instituit, atq; parētes sedulō horta-
tus est, ut pueros suos eō trāsmitterent. Elegit e-
tiam piōs & doctos præceptores, qui nobilem il-
lam iuuentutem optimē in literis & uirtutib; e-
ducarēt. Itaq; factum ut multi celeberrimi uiri ex
ea schola hinc inde ad ecclesiarum et rerum publicarum fastigia peruererint,
inter quos S. Vuolphgangus præfūl Ratisbonensis, & Heinricus Treueren-
sis Archiepiscopus fuerunt. Hacq; ratione magnam apud Germanos
laudem meruit, & cæteris Episcopis instituendæ iuuentutis
exemplum præbuit. Monst. lib. 3.